 hyemps erat. **Ecclesiae** autem dicitur.
 hyemps abiit et discessit sibi. flo-
 res visi sunt in terra. tempus messis ad-
 uenit. **Ante aduentum domini** hyemps
 erat. post aduentum christi flores sunt
 uisae et messis estatis. **Ex meridia-**
no ergo et ex gentium conuersione
 illo illuminante iudeus obumbrat.
Populus autem gentium qui erat con-
 fusionis. gentiles qui sedebant in
 tenebris lucem uiderunt magnam.
Qui sedebant in regione umbre
 mortis lux orta est illis. **Magna**

conficiens. consumat annum. sicut
 hebreos. aliquibus diebus adiectis.
 secundum romanos. bissexto semel in-
 tra quinquennium unius diei adie-
 ctione. celebrato. **P**ossicialis quoque
 annus est. cum sol expleto per om-
 nia signa circuitu. in id unde pri-
 cipium cursus sui super sit recurrit.
Annua enim fertur ei totius spa-
 cij esse perfectio. **F**ecit ergo deus
 duo haec luminaria magna. **P**ossu-
 mus accipere non tam alioz compa-
 ratione magna. quam suo munere. ut
 est celum magnam. et mare magnam.
 nam et magnus sol. qui complet or-
 bem terrarum suo calore. vel luna
 suo lumine. nec solum terras. sed
 etiam aerem hunc. et mare celique fa-
 ciem. quae in quacunque parte fuerint celi
 omnia illuminant. et ea que spes-
 ctantur a cunctis. ut ea tanquam suis
 tantum regionibus minorari. et sibi
 tantum adesse atque lucere singuli po-
 puli credant. cum hiliter luceat uni-
 uersis. ut nemo haec propria alijs. quam
 ipsi esse arbitretur. exemplum magni-
 tudinis eorum evidens. quod omnibus
 hominibus orbis lune idem videtur. **N**am
 si interdum augeatur lumen eius
 atque minuatur. tamen eadem per
 noctem qualis mihi apparet. talis
 est omnibus. **N**am si longe positus
 minor videretur. propius autem con-
 stitutus maior fulgeret. proderet an-
 gustiarum et exiguitatis iudicium.
Etenim reliqua alia longe posita mi-
 nora arbitramur. propius contuen-

tes maiora credimus. **Q**uo mas-
 gis finitimus fueris. eo tibi eius
 rei quam cernis. magnitudo cumu-
 latur. **S**olis radius nulli propior
 nulli longinquior est. **S**iliter et lu-
 ne globus equalis est omnibus.
Similis sol et indis et britannis
 eodem momento videtur cum oritur.
 nec cum vergit in occasum. minor
 apparet. quam occidentibus. cum oritur
 inferior. quam orientalibus estimatur.
Quantum distat inquit oriens ab
 occidente. haec inuicem sibi distant. sed
 sol a nullo distat. nulli presentior.
 nulli absentior est. **N**eq; te moue-
 at quod tanquam cubitalis tibi orbis vi-
 detur solis cum oritur. sed confi-
 dera quantum inter sit spatium inter
 solem et terras. quod aspectus nostri
 infirmitas sine magno sui non potest
 transire dispendio. caligat aspec-
 tus noster. nunquam sol caligat a
 luna. **A**ngustus noster obtutus
 nunquam angustiora efficit que vi-
 dentur. **S**pecies minuitur. non
 magnitudo detrahatur. neque enim
 infirmitatis nostrae passiones passio-
 num luminariorum debemus ascribere.
Mentitur noster aspectus. noli er-
 go fidele eius estimare iudicium.
 sed celesti non minor spectaculi
 figura. non sui forma. **D**e summo
 vertice montium subiectum oculis
 tuis campum spectare desideres.
 atque illic armenta pascentia. nonne
 fornicarum similia corpora iudica-
 bis. **S**i mare spectes in specula

aliqua litorali. nōne tibi nauium
maxime inter ceruleos fluctus ve
la candentia refulgentes velut co
lubarum volitantium species emi
nus posito videntur obtexere.
Quid ipse infuse que mare diuis
sunt. terrarum arua diffundunt.
q̄ angusto estimantur sine cons
cludi. quēadmodō rotunda appa
rent de asperis. spissa de raris.
Has ergo ifirmitates visus tui
ppende. et eorum que astruimus
fidem. ex teipō arbiter iustus ac
cerfi. **S**ed si vis magnitudinez
solis. non soluz oculo mentis. sed
eciam corporis estimare. confideā
quanti stellarum globi axem celi
videantur intexere. et innumeris
infirmis lumimibus. non queūt
tamen tenebras noctis et celi nus
bila detergere. **S**imul vt sol or
tus sui signa p̄miserit. omnes stel
larum ignes. sub vnus lumina
ris fulgore vanescunt. aperit aer
celiqz facies purpurāscēti rubo
re pfunditur. adhuc sperans ex
ordium. eciam momentanea cele
ritate. pleni luminis micat splen
dor. et surgentis solis prima aura
dulcis aspirat. **D**ic mihi queso.
misi magnus orbis esset. quomo
do magnum posset orbem illu
minare terrarum. **Q**uid autem
de tanto loquar temperamento.
et moderamine conditoris. qui
eam mensuram muneri solis at
tribuit. vt neqz vapor eius igne

neus vt videtur. terram. venas.
fucus rerūqz species infusus exu
reret. neqz iterum per tanta mun
di spacia refrigeratus. nulluz ter
ris semen caloris inoleret. **S**ed
ieiunum atqz inopem fructum de
relinquens. ad nullam fertilita
tis gratiam vaporaret. **S**imilia
de lune ratōne conueniunt. que de
consorte eius ac fratre memorau
mus. **S**iquide in id se induit mi
sterium in quod et frater. vt il
luminet tenebras. foueat semina
augeat fructus. **H**abet eciam
pleraqz a fratre distincta. vt que
toto die calor humorem terre fic
cauerit. eundem exiguo noctis tē
pore. ros reponat. **N**am et ipsa lu
na larga roris asseritur. **D**emqz
cum serenior nox est. et lūa p̄nox
tunc largior ros fertur arua p̄
fudere. **E**t pleriqz sub aere quiescē
tes. quo magis sub lumine fue
runt lune. eo plus humoris se ca
pite collegisse senserint. **V**nde et in
cantiās dicit christus ad eccle
siam. **Q**uomodo caput meum re
pletum est rore. et crines mei gut
tis noctis. **T**um deinde minuitur
et augetur. vt minor fit cum re
surgit. **N**oua res cum fit inimi
nuta. accumulatur. **I**n quo grande
mysterium. **N**am et defectui eius
compatiuntur elementa. et pro
cessu eius que fuerint exinanita
cumulantur. vt animantium ces
lebrum maritimorum humida

Siquidē pleriores ostree reperi-
 ri feruntur. multa q; alia cum glo-
 bus lunaris adolescit. **D**e arborū
 quo q; intermis idē allegant. qui
 hoc vsu pprio cōpererūt. **V**idem?
 ergo ortum eius et defectum ratio-
 nis esse. non infirmitatis. **N**unq̄
 enim tantā rerum mutatiōem da-
 ret. nisi p̄st antē virtutē haberet.
 et grām a conditore collatā. **A**ere;
 quoq; nōnulli etiā docti et chri-
 stianam viri allegauerūt lune ex or-
 tu solere mutari. **S**ed si id muta-
 tionis lunaris quadā fieret vio-
 lentia. ad omnem eius ortum in-
 texeretur nubibus celum plume
 funderent. **D**eniq; cum ante dies
 esset hinc de pluuia. que forte vti-
 lis diceretur. ait quidā. **E**cce neo-
 mema dabit eam. **E**t quāuis ci-
 pidi essemus ymbriū. tñ eius mōi
 assertiones veras esse nolebam?
Deniq; delectatus sum. q; nullus
 p̄ber effusus ē. donec ecclē p̄ ab?
 datus manifestaret. non de ini-
 cijs lune. sperandū esse. sed de pro-
 iudicia et misericordia creatoris
Hanc europi cum exundent vn-
 diq; scdm reliquas species lune.
 et acceptos fetus refūdūt. vel etiā
 ipi magno ferūtur impetu. in or-
 tu tamen eius stant placidi. quos
 adūs q; luna sine lumine est. **A**t
 vero vbi eam diez accessus retes-
 pent. tunc in suos cursus refluos
 reuertūtur. **A**mpotes quoq; que
 in oceano esse p̄hibetur. cum re-

liquis diebus. ordinez suum ser-
 uae dicatur. lunari exortu euidēs
 mutatiōis sue fertur iudiciū da-
 re. vt mare ipm occidētale in quo
 spectatur ampotes. solito apli?
 accedat et recedat. et maiore estu
 feratur tanq̄ lune quibusdā aspi-
 ratōibus retrosum trahatur. et
 iterū eodem impulsu ac retractu.
 in mensuraz ppriam refundatur.
Vnde si miraris quō defectum lu-
 na patitur. cum tantā vim mu-
 tatiōis habeat sue. confideā et in
 eo magnū esse misterū. quod ad?
 exemplo cognoscis o homo. nihil
 rerum humanarū esse posse. et nū-
 dane totius creature. q; nō aliqñ
 resoluatur. **N**am si etiā luna cui
 tantū dominus cōmisit ministē-
 rum. vt illuminet orbē terrarū et
 crescat et deficiat. oiaq; ex nihilo or-
 ta vsq; ad p̄fectōez venerit et iterz
 p̄fecta minuūtur. celum em̄ et ter-
 rā p̄terbunt. cur non id modera-
 tionis assumimus. vt neq; in ad-
 uerfis abiciamus animū. **Q**ui ei
 omnia fecit ex nihilo. facile te q;
 potens est ad summa et p̄fecta pro-
 uebere. et rursus ne extollamur in
 p̄speris. neq; in potestate aliqua
 nos diuitijs q; iactemus. neq; in
 vires corporis. aut pulchritudi-
 nem gloriemur. in quo est facilis
 corruptō. crebra mutatio. sed ma-
 nentem in futurū animi grāciam
 p̄sequāmur. **N**am si te lune stris-
 stat occasus. que se semper repat

e. iij

ac reformat. multo magis contris-
tare te debet. si anima pfectu vs-
tutis impleta cum fuit postea p
inconstantiam mentis atq; inu-
riam. a suo deflexa proposito. stu-
dia sua sepe comutet. qd est insi-
pientie et inscientie. **V**nde et scrip-
tura ait. **S**tultus ut luna muta-
tur. **E**t ideo sapiens. non cum lu-
na mutatur. sed pmanebit cum so-
le. **V**nde non luna est pti ceps stul-
tie. qz non luna mutatur ut stul-
tus. s; stultus ut luna. **D**eniq; se-
me iusti sic luna pfecta in eternu
manet. et testis in celo fidelis. **A**li-
ud est em fungi ministerio. aliud
circuferri ingenio. et sensus infir-
mitate. fixam non habere senten-
ciam. **L**una pro te laborat. et p-
ter voluntate dei subiecta est. **V**a-
nitati enim creatura subiecta est.
non sponte. sed propter eum qui
subiecit in spe. **I**lla ergo non sibi
to mutatur. tu subito mutaris.
Illa congemiscit et coparturit in
suam mutatōnem. tu non intelli-
gis et gratularis frequenter. **I**lla
tuam redēptionez frequenter ex-
pectat. ut ab omni totius creatu-
re seruicō liberetur. tu et tue redēp-
tionis et illius libertati affers im-
pedimentum. **T**ue ergo. non sue
stulticie est. qz dum tu expectaris
et nec sero conuerteris. adhuc et
illa mutatur. **N**oli ergo lunā o-
culo tui corporis estimare. sed men-
tis viuacitate. **M**inuitur luna. ut

elementa repleat. **H**oc ē vere grāde
misteriū. **D**onauit hoc ei qui om-
nibus donauit grām. **E**xinamuit
eā ut repleat q; etiā se exinamuit
ut oēs repletet. **E**xinamit ei se ut
descēderet nob. descendit nobis ut
ascēderet oibus. **A**scēdit em inqt
sup celos ut impleret oia. **I**taq;
q; exinamit? uenerat de plenitudine
sua aplos adimpleuit. **V**n vnus ex
hīs dicit. **N**ā de plenitudine ei?
nos oēs accepim? **E**rgo annūcia-
uit luna misteriū xpī. **N**on medio-
cris. in qua signum posuit suum.
non mediocris que typum habet
dilecte ecclesie. qd significat pro-
pheta dicens. **O**rietur in diebus
eius iusticia. et abundantia pacis
donec extollatur luna. **E**t in canti-
cis dominus de sua sponsa ait.
Quenam est hec pspiciens tanq;
diluculo. speciosa sicut luna. ele-
cta ut sol. **E**t merito sicut luna ec-
clesia. que toto mundo refulsit. et
tenebras seculi huius illuminās
dicit. **N**ox precessit. dies autē ap-
propinquauit. **P**ulchre ait pspi-
ciens. quasi suos de superiore pro-
spectans. sicut habes. **D**ominus
de celo pspexit super filios homi-
num. **P**rospiciens ergo ecclesia si-
cut luna defectus habet et ortus.
frequenter sub defectib; suis cre-
uit. et hīs meruit ampliari. dum
psecutoribus minuitur. et confesso-
rum martirijs coronatur. **H**ec
est vera luna que de fratre suo p-

petua luce. lumen sibi immortali-
tatis et gracie mutuatur. Fulget
enim ecclesia. non suo. sed christi
lumine. et splendor sibi accescit
de sole iusticie. vt dicat. **V**iuo au-
tem iam non ego. uiuit autem in
me christus. **B**eata plane. que tan-
tum in signe meruisti. unde te non
tuis neomenijs. sed typo ecclesie
beatam dixerim. **I**n illis enim ser-
uis in hoc diligens. **Q**ui ridicu-
lum autem qd te plerūqz credunt
hōies magicis carminibus posse de-
duci. **A**miles iste fabule. ac vulgi
opimiones. **Q**uis enim opus dei
tanto ministerio deputatum ar-
bitretur chaldeis superstitionibus
posse temperari. **L**apsus sit ille qd
se transfiguratur in angelum lucis.
et deductus voluntate propria. non
carminum potestate. **H**anc et in
hoc quasi ecclesia putaris posse de
loco tuo et statione deduci. multi
temptant ecclesiam. sed magicę ar-
tis ei carmina nocere non pūnt.
Nihil incantatores valent. vbi
christi canticum cotidie decantat.
Habet incantatorē suum domi-
num ihesum. per quem magorum
incantantium carmina et serpen-
tium venena vacuauit. et ipse fi-
nit serpens exaltatus deuorat co-
lubros egipcorū. ferale licet car-
men inuermuret habitatores. in
christi nomine. **S**ic et hymeneū
magum paulus non solum magi-
ce artis infirmitate. sed etiā oculis

lorum amissione cecauit. **H**ic pe-
trus simonem alta celi magico vo-
latu petentem. dissoluta carminū
potestate deiecit et strauit. **P**ulcre
vt arbitror. cessit dies quartus.
Quomodo igitur quartus plerūqz
confueuerunt cauere. et inutile pu-
tant hoc numero aliquid ordiri. qd
totus noua luce mūdus emicuit.
An finistris sol cepit auspicijs.
Et quomodo alijs potest bona sig-
na dare qui sibi eligere diem sui
nesciuit exortus. **A**ut quomodo sig-
na eius pbant cuius ortum non
pbant. **Q**uid etiam de luna dici-
mus. qd et quarto die cepit et quar-
tadecima. diez signat salutis. **A**n
displicet numerus. quo celebra-
tur misterium redemptionis. **I**deo de-
mones declinandum eē psuadent
numerū eum. quo eorum destru-
ta neqcia est. **I**deo gentiles nihil
ad oriendū asserunt. quia sciunt
tunc primū artes suas vacare ce-
pisse. et populos gentiles demi-
grasse ad ecclesiam. **L**una certe
quarta. si pura fuerit. neqz obtu-
sis comibus. dare reliquis dieb?
vsqz ad exactum mensem iudiciū
serenitatis existimant. **N**olunt er-
go hysdem exordijs inchoare qd
bus serenitas inchoatur. **S**ed
iam cauendū ne nobis in sermōe
dies quartus occidat. cadunt em̄
vmbre maiores de mōtibz. lumē
minuūt. vmbra accumulatur.
Expliat de die quarto.

Incipit de die quinto

Uelita diuersis terra germinibus virebat omnis Celum quoque sol et luna geminis vultus sui luminibus stellarumque signitum decore fulgebat. superat elementum tertium mare scilicet. ut et ipsi gratia viuificationis domino pueniret munere. **E**therio enim spiritu omnes terrarum fetus aluntur. **T**erra quoque semina resoluens vniuersa viuificat. et maxime tunc primum verbo dei iussa virelescere viuificationis sue munere pullulabat. **V**acabat aqua et a domine operationis ferata beneficio videbat. **H**abet adhuc creator quod illi conferat. quo munia terrarum possit equare. **R**eseruabat ei ut et ipsa proprium et speciale aliquod prerogatiui collati sibi muneris vendicaret. **V**iuificauit prius terras sed ea que spirantem animam non habebant. aqua iubetur ea producere. que viuentis anime vigore dignitateque preferret. et sensum tuende salutis et fugiende mortis acciperent. **D**ixit itaque deus. **P**roducant aque reptalia animarum viuentium secundum genus. et volatilia volantia secundum firmamentum celi. **V**enit mandatum et subito aqua iussos fundebat in partibus generare fluuium. viuificare lacus. matrem ipsi cepit diuersa reptilium genera

pturire. et secundum genus effunderis quodcumque formauerat. **N**on exigui gurgites. non cenose paludes vacabant. quin omnia data sibi creandi assumeret potestate. **P**isces exilabant de flumine. delphines puldebant in fluctibus. conche sapis. ostree adhaerebant profundo. adolescebant echini. **V**e mihi. ante hominem cepit illecebra nostre mater luxurie. ante hominem deliciae prior hominum temptatio quam natura. sed nihil creatura deliquit. alimenta dedit. non vitia prescripsit. **H**ec omnia dedit. ne tibi aliqua velut propria vendicares. **T**ibi suos fructus terra producit. tibi et scaros. et accipenseris. et omnes fetus suos generat aque. et hijs non contentus. inter dicta tibi alimenta gustasti. **A**d inuidiam tuam omnia congerunt. ut peruariatio tue auaritia oneret. **H**ec neque quam multe species et nomina sunt. possumus enarrare. que omnia in momento domine preceptionis animata sunt. simul coibat forma corporis et operabatur anima. vitalis etiam vigor aliquis virtutis. **R**epleta est terra germinibus. mare impletum est animantibus. ibi insensibilia pullulabant. hic sensibilia versantur. in terris quoque aque suas vendicant portiones. lambunt terram pisces agrum. et ex ea predam sibi requirunt. culices quoque et ranunculi circa genitales strepunt paludes.

et ipsi audierunt domini mandatum dice-
 rentis. **P**roducant aqua reptilia ani-
 maz viu entium. **V**idimus reptilia
 diu genera serpentium. eo quod super
 terrarum repant. **B**ed multo magis
 omne quod natat reptandi habet vel
 spem vel naturam. **N**am et si in profun-
 do se demerserunt aquam videantur
 scindere. tamen cum supra innatant res-
 piciunt toto corpore quod trahunt super
 quodam visum aquarum. **V**nde dauid ait
Hoc mare magnum et spaciosum. ite-
 lic reptilia quorum non est numerus
Quia etiam cum pleraque pedes ha-
 beant et ambulandi usum. eo quod
 sint amfibia. et que vel in aquis.
 vel in terris uiuant. ut sunt foc-
 co. co. drilli. equi flumiales. quos
 ipopotamos vocant. eo quod hi ge-
 nerentur nilo flumine. tamen cum
 in alto aquarum sint non ambu-
 lant. sed natant. nec vestigio uti-
 tur pedum ad incedendum. sed
 tanquam remo ad reptandum. **S**icut
 dem et nauis acta remis labitur.
 et aquis sulcat carina. **P**rodu-
 cant aque reptilia dixit dominus
Breuis sermo. sed uelut mens. et
 late patens. communem minimis
 et maximis naturam infundit.
Eodem momento producit bal-
 lena quo rana eiusdem vi opera-
 tionis innascitur. **N**on laborat
 in maximis deus. non fastidit in
 minimis. nec uoluit natura partu-
 riens delphines. sicut non uoluit
 cum exiguos murices coelestis quod

duceret. **A**duerte o homo quanto
 plura in mari quam in terris sint. **N**u-
 mera si potes omnia genera piscium
 vel minorum vel etiam maximorum
 sepias. polipodes lito structas.
 carabos. caneros. et in hijs innume-
 rabilia sui generis. **Q**uid dicam
 genera serpentium. dracones. mure-
 nas. anguillas. nec pretermittam
 scorpiones. ranas. testudines. mu-
 stelas quoque et canes maritimos.
 vitulos marinos. cetee immantia.
 delphinas. focas. leones. quod ad-
 texam etiam merulas. turdos. pa-
 uos quoque. quorum etiam colores
 in aibus uidemus expressos. ut
 nigri meruli. pavi diuerso colore
 uersa et colla picti sunt. **T**urdi al-
 bo uarij et cetera quorum sibi terre
 species et nonnam uendicarunt. **N**am
 prius in mari ista ceperunt. diuer-
 sisque fluminibus. siquidem aqua pro-
 animarum uiuentium reptilia diu-
 nutu impata produxit. **A**dde hanc
 gratiam quod ea que tunc in terris
 in aqua innoxia sunt. ut anguis
 uenenosus in terris. sine ueneno in
 aquis. **L**eo terribiliter in terris. dulcis
 in fluctibus. **M**urena quam ferunt
 aliquid habere noxiu. esca preciosior
 est. **R**ana horres in paludibus. de-
 core in aquis omnibus fere prestat ali-
 metis. **P**lura si quis uult cognoscere
 a diuersis locorum piscatoribus que-
 rat. **N**emo enim potest omnia comprehende-
 re. **C**anes sane. et in mari caue. quos
 et in ecclesia molestos esse et cauendos

ap'ls docet. dicens. **C**auete canes
cauete malos operarios. **M**ustele
grauis in terris odor in aq's sua
uis **T**errena se nouit v'ndicta fe
toris v'ls'ci. **H**ec non minorē ha
bet graciaz capta q̄ libera. **N**eqz
te inhonoratū nostra p'secutione
timalle demittaz. cui a flore nomē
inolerit. seu t'iam v'nda te flumi
nis. seu amem at'lexis v'nda nu
trient. **F**los est deniqz. vt sermo
testatur. qui de eo qz gracia rebo
let suauitatis dictum facit pisces
cum olet vt flos ip'e. ita idē p'num
ciatus est piscis odor vt floris ha
beat eē **Q**uid specie tua gratius
quid suauitate io cūdius. qd odo
re fragrantius. qd miella fragrāt
hoc tu corpore tuo spiras. **Q**uid
loquar coruoz. quid e'iam lupo
rum teneritudines. **N**escit hos lu
pos agnus timē. **T**anta est aq'ruz
gracia quarū vituli figurātur et
leones. vt h'is p'phetiā illud di
ctum de eccl'ie sanctitate iure conue
niat. **T**unc lupi et agni simul pas
cētur. leo et bos simul paleas mā
ducabunt **N**ec mirū quādo quidē
in eccl'ia illud operātur. vt p'domuz
ablata nequicia. cum innocētibz
cōparentur. **Q**uid e'iam purpus
ras memorem. que ornant regum
cōiuiua amictus ibuunt **A**quaz
est igitur qd in regibus adorat.
aquarū est species illa que fulget
Ad de porcos marmos. e'iam iu
bis gratos. quia nihil est cōmune

ne. qd non aqua abluūt. et ideo cō
munes eos. sicut in terra editos.
estimaē non pnt. **I**nnumeri itaqz
v'his. innumera geneā pisciū. ali
oua generāt vt varij maiores q's
tractas vocāt. et aquis fouenda
cōmittunt. **A**qua igitur animat
et creat. **A**d hoc mandatuz illius
prime tanqz legis p'petue munus
exequitur. blanda quedā mater
animatū. **A**lij viuos fetus edūt
de suo corpore. vt mustele. et canis
cule. et cete ingentia. delphines et
foce. aliaqz ceteraqz h'moi. que cū
ediderint partus si quid forte in
fidiaz terrorisqz p'serit circa ca
tulos suos quicqz moliri q̄ tueā
tur eos. vel tenere etatis pauorez
materno affectu cōprimūt. aperie
ora. et innoxio partus suos dente
suspendere. interno quoqz recipe
corpore. et genitali feruntur alio
abscondere. **Q**ui humanus affe
ctus hanc piscium pietatez posset
imitari. **O**scula nob' facietati sūt.
illis n̄ satis est aperire viscera. na
tosqz recipe ac reuocare integros
atqz itez fotu quodā eos sui ca
loris animaē. et spū alere. duosqz
in corpore vno viuere. donec a se
cunitate deferant. aut corporis sui
obiectu natos suos defendāt pe
rualis. **Q**uis hec vides. et si possit
obtinere. non tante piscium p'icta
ti cedat. **Q**uis non miretur et stu
peat vt seruet natura in piscibus
quod non seruat in hominibus.

Pleriq; ex suspitione nouer calibo
 odij appetitos suos occiderunt
 filios. alie in fame vt legimus p
 tus pproos comederunt. humanis
 pignozibus mater sepulcrū facta
 est. piscium proli p arētis vterus
 sicut murus vallo quodā intimo
 rum viscerum pignora inoffensa
 cōseruat. Diuersa igitur pisciū ge
 nera diuersos vsus habent. Alij
 oua generant. alij viuos parunt
 atq; formatos. et qui oua gene
 rant. non mōdos texunt vt aues. n̄
 diuturni fetus laborem induūt.
 non cum molestia sui nutriunt. ce
 cidit ouum qd aqua gremio quo
 dam nature sue quasi nutrix blā
 da suscepit. et animal celeri fetu
 reddidit. Cōtinuo em tactu parē
 tis animatuz ouū cecidit et piscis
 exiuit. Tū deinde q̄plura et inuis
 lata successio. nullus alteri. sed ge
 neri suo miscetur. Timallus timal
 lo. lupus lupo. Scorpena quoq;
 castitate immaculati cōnubij. ges
 neri suo seruat. Itaq; habet pu
 diciam generis. sed venenū ge
 neris sui non habet. Non em p
 nit scorpena. sed reficit. Nesciūt
 igitur alienoz piscium adulteri
 na contagia. sicut sunt ea que co
 eunt. Asinoruz equarūq; inter se
 genera. magna cura hominū ppe
 trantur. vel rursus cum equis asi
 ne miscetur. que sunt vera adulte
 ra nature. Nam vtiq; maius est
 quod in nature colluione com

mittitur. q̄ quod in persone in
 iuria. Et o homo ista procuras
 interpret adulteriū iumentalis.
 et illud animal preciosius putas
 quod adulterinum. q̄ quod ve
 rum est. ipsa genera alia confun
 dis. diuersaq; mīsces semia atq;
 ad vitios coptus. plerūq; cogis
 inuitos. et hoc industriam vocas.
 hoc quia de hominib; facere nō po
 tes vt diuersi generis cōmixtō fe
 tum possit exautere. tollis homini
 q; natus est. et virū de viro exuis.
 absisaq; corporis pte sexum ne
 gas. spadonez efficias. vt qd nega
 uit natura in hominib; impletet
 audacia. Qui bona autem mater
 sit aqua. eāam hinc cōsidera. Tu
 o homo dicitur abdicatōnes pa
 trum in filios. separatōes. odia.
 offensas. disce que sit parentis et
 filiorū necessitudo. Viuere pisces
 sine aqua non qunt. nec a sue pa
 rentis solacio separari. neq; a sue
 altricis discerni munere. et fit hoc
 natura quadā. vt sepati morian
 tur ilico. neq; enim vt omnia h
 aeris viuūt spiramie. qz hauren
 di spūs et respirandi natura hīs
 non suppetit. alioquin sub aquis
 semper non possent viuere. non ca
 pientes spiritus infusionez. Qd
 nobis spiritus hoc illis est aqua.
 sicut nobis spiritus. ita illis aqua
 viuendi ministrat substantiam
 Nos intercluso comeatu spiri
 tus. quia nec breui quide; spacio

possumus exōrtes esse vital' spūs
statiz extingui mur. pisces quoqz
sublati de aqua sine substācia sui
vivi esse non possunt. Et hec cau-
sa manifesta est. qm̄ nob pulmo
per toracis laxiora penetralia reci-
pit spirtū. et cum sit ip̄e plerūqz
penetralis spiritus infusione in
terriorem calorem refrigerat. **Tor-**
ax enim vt suscipit alimēta. **I**ta
supflua dōrū et succos salubres
sāguinēqz discernit. **F**it pulmo p-
uius. vnd̄ facilius ad eum potest
aspiratio spiritus puenire. **D**iscis
vero brācias habet quas nūc pliz-
cant et colligunt. nunc explicant
atqz aperunt. **I**n hanc ergo col-
lectionem et aptionem dum susci-
pitur aqua et transmittit ac pene-
trat. respiratōnis munus videtur
impleri. **P**ropria igitur natura ē
piscium nec cōmunis cum ceteris
specialis vsus. et a ceteris viuēdi
quedā sepata et secreta substans-
tia. p̄pterea non nutriūtur. neqz
vt terrena animalia manus hu-
mane tactu et alimento. et delinia-
mento aliquo delectātur. etiam si
seruātur in viuarijs suis. **Q**uid
autē densitatē dicam dentū. **N**on
enim vt bos aut ouis ex vna pte
dentes habent. sed vtraqz ps ar-
mata est dentibus. quia in aqua
sunt. et si diūtius abum versarēt.
et non cito trāsmitteret aquarum
alluione dentes eoz esca posset
auferrī ac dilui. **I**deo dētos et acu-

tos habent. vt cito incidant. cito
cōficiant abum facile. et sine aliq̄
hora et dilatione transmittāt. **D**e
niqz nō rumināt. solus tñ schau-
rus in hīs ruminatē p̄hibetur vt
ferunt. quibus aut euentus aut
vsus fuit aut studiū vt talia com-
p̄benderent. **H**anc nec ip̄i a suis
potentie euasere violentiā et aua-
ricie potiorum subiecti vbiqz infe-
riores sunt. quo quisqz infirmior
eo prede patet. **E**t plerūqz quidem
herbis pascuntur ac minutis ver-
mibus. sunt tamen qui inuicē se
deuorēt. et sua carne pascantur.
Minor ap̄ illos esca maioris ē.
rursus ip̄e maior a validiore in-
uaditur. et fit esca alterius preda-
toris alieni. **I**taqz vsu venit vt cum
ip̄e alium deuorauerit. ab alio de-
uoretur. et in vnuz ventrē vtrūqz
cōueniat. cum vorat ore proprio
deuoratus. fitqz simul in vno vi-
scere prede vindictēqz consortiū.
Et ip̄is postea sponte hec accre-
uit iniuria. sicut in nobis non ex
natura accepit. sed ex auaricia. ā
quia ad vsū hōminū dati sunt.
in signum quoqz facti sunt. vt in
hīs nostrorū morum vitia videre
mus. et ea videremus exempla ne
quis potior inferiorem inuaderet.
daturus in se potentiori exemplū
iniurie. **I**ta qui alterz ledit sibi la-
queum parat in quē ipse incidat.
Et tu pisas es q̄ viscera inuadis
aliena qui demergis infirmum.

qui credente psequeris vsqz in p
fundum. **C**auete dum illum pfe
queris. ne incidat ipe in validio
rem et deducat te in alienas infi
dias qui tuas vitat pruisqz tuaz
expectet erunam. qui te psequen
tem ppru reformidabat. **Q**uid
interest inter diuitez improbe cu
piditatis in gluuie absorbentem
infirmoru patrimonia. et filurum
de minoru pisciuu visceribus aluo
repletum. **D**efunctus est diues et
nihil ei sua spolia pferunt. im
mo magis eum rapinaz suarum
detestabiliorē fecit infamia. cap
tus est filurus et inutilis pceda de
fecta est. **Q**uanti in eo reperiunt
qui alios deuorauerat et tu diues
habetes in sinu tuo alterius p
dato rem. **I**lle habebat facultates pau
peris quas inuaserat. tu eum op
primens duo patrimonia tuis fa
cultatibus addidisti. et adhuc ta
to non faciaris augmento et diuis
qz alios vindicaris cum eadez co
mittas que vlasceris. iniusto in
iustior. et iniquior iniquiore. aua
ro auarior. **V**ide ne idem te qui pi
scem illum finis inueniat. hamuz
caue. caue recia. **S**ed psumis de
potentia qz nemo tibi possit resi
stere. **P**resumebat et filurus qz ha
num nemo sibi iaceret. nemo ten
deret recia. et si incidisset vniuersa
disruperet. et tamen fusciam non
evasit. aut nexus vinculi validio
nis incurrit. quibus se non posset

exuere sine dubio. **E**t hominum iniqui
tas quo grauiora commiserit. eo ma
gis scelere suo tuta esse non potest.
qn aliqui dissoluat qd p scelez p
cio constat difficile posse vitari. **P**i
scis ergo es o homo. audi qz piscis.
Vile est regnum celoz reti misso i
nari. qd ex omni genere pisciu co
gregauit. cum autem esset impletu du
xerunt id ad litus et sedentes elege
runt optimos in vasibus suis. malos
autem foras miserunt. **H**ic erit in co
sumatione seculi. **E**xibunt angeli et
sepabunt malos de medio iustoz
et mittent eos in caminum ignis.
Sunt ergo et boni et mali pisces.
boni seruatur ad precium. mali sta
tim ardet. **B**onum piscem. nec recia
inuoluunt. sed eluunt. nec hamuz in
ternecat atqz interficiat. se d p
ciosi vulneis pfudit sanguine. in cuius
oris confessione bonum precium reperit
quo tributum aplicuz et census cristi
possit exsolui. **H**ic enim scriptum est.
dicente domino Reges terre a quibus
accipiunt tributum vel censum. a filiis
suis an ab alienis. **E**t respondete pe
tro. **A**b alienis. **A**it dominus. **V**ade
ad mare et mitte hamum. et eum pi
scem qui primus ascenderit tolle. et
apto ore eius inuenies ibi staterem.
illum sumens da eis pro me et te.
Noli igitur o bone piscis petri ha
num timere. non occidit. sed consecrat.
Noli me quasi vile continere. qz vi
des corpus infirmum. habes in ore tuo
quod et pro petro et pro christo offeres

Noli timere petri reia. cui dicit do-
minus. Duc in altum et laxato re-
cia. Non enim in sinistra partem mit-
tit. sed in dexteram. sicut iussus a cri-
sto est. Noli timere finis eius quia
dictum est ei. ex hoc eris homines
vindicabis. Ideo misit reia et com-
plexus est stephanum. qui de euan-
gelio primus ascendit. habens in
ore suo staterem iusticie. Unde con-
fessione constanti clamauit dicens
Ecce video celos apertos et filium ho-
minis stantem ad dexteram dei. Pro
hoc pisce stabat dominus ihesus. sciebat
enim esse in ore eius precium sui cen-
sus. Denique glorioso martirio et
petri iudicium atque doctrinam et cristi
gratiam locuples assertor impleuit.
Nec te moueat quod pro mari euan-
gelium posui. Euangelium est in quo
christus ambulauit. Euangelium est in
quo licet titubauerit petrus quoniam ne-
gauit. tamen per dexteram christi fidei
mumentum stationis inuenit.
Euangelium est de quo martir ascendit.
Euangelium est mare in quo pi-
scantur apostoli. in quo mittitur
rethex. cui simile est regnum celorum.
Euangelium est mare in quo christi fi-
guratur misteria. **E**uangelium est
mare in quo hebreis euahis egip-
cius interceptus est populus. **E**u-
angelium est mare in quo sponsa cristi
ecclesia et diuine gratie plenitudo que
supra maria fundata est. sicut di-
cit propheta. Ipse super maria funda-
uit eam. **E**xili super undas o homo

quod piscis es. non te opprimant seculi
huius fluctus. **S**i tempestas est
pete altum et profundum. **S**i sereni-
tas. lude in fluctibus. **S**i procella.
caue a scopuloso litore. ne te in ru-
pem fures estus illidat. **S**criptum
est enim. **E**stote astuti sicut serpentes
Et quia de serpentibus astutis
propositum exemplum est. finis astuti-
ti circa querenda et seruanda coniugia
Diligamus tributa nobis confor-
tia. et si hiis qui longinquis fuerunt
ortus sui tempore regionibus sepa-
ti inter se conueniunt. et si vir ad pe-
regriam contendit. nulla longin-
quitas. nulla absentia. complacitum in-
nuat caritatem eadem lex presentis ab-
sentisque conuenit. idem nature vin-
culum inter distantes et consistentes
coniugalis caritatis iura con-
stringit. eodemque iugo benedictionis
vtriusque colla sociatur. etiam si al-
teruter obeat separatum regionum
longa diuortia. quia non corporis
ceruicem. sed mentis iugum gratie re-
ceperunt. **V**ipera nequissimum genus
bestie. et super omnia que serpentes
in sunt generis astutior. ubi eos
eundi cupiditate assumpserit. mu-
rene maritime nota sibi requirit con-
pulam. vel nouam preparat. pros-
gressaque ad litus sibilo testifica-
ta presentiam sui ad coniugalem am-
plexum illam euocat. **M**urena au-
tem inuitata non deest et venenata
serpenti expetito usus sue impietatis
coniugalis. **Q**uid sibi vult sermo

hmoi. nisi ferēdos esse mores con-
 iugum. et si absens est. eius ope-
 riendaz pntiam. **V**it licet asper.
 fallax. incōditus. lubricus. tenu-
 lentus. qđ peius veneno. qđ in cō-
 iuge murena non refugit. **V**oca-
 ta non deest. et serpētis lubricaz se-
 dula caritate opletur. **I**lle tua
 mala portat. et leuitatis feminee
 facilitate. tu viz tuum non potes
 mulier sustinere. **A**dami per euaz
 deceptus est. non eua per adam.
 quem vocauit ad culpam mulier.
Iustum est vt eum gubernatore
 assumat. ne iterū feminea facilita-
 te labatur. **H**ed horridus et in-
 cultus est. **S**emel placuit. nūqđ
 vir frequēter est eligēdus. **C**om-
 parē suum et hōs requirit. et equus
 diligit. et si mutet. alius tñ trabe-
 re iugum nescit cōpar alterius. et
 se tutū non putat. tu iugalem res-
 pudias tuum. et putas sepe mutā-
 dum. **E**t si vno defuerit die. disce-
 ptari vis. et statim incognitā cau-
 sam quasi cognitā pudoris exe-
 ris iniuria. **V**ipera absentē requi-
 rit. absentē vocat. et blando pcla-
 mat sibilo. atqz vbi aduentare o-
 parem senserit. venenū euomit. re-
 uerentiā marito deferēs verecun-
 data nupcialē gratiam. tu mulier
 aduenientē de longinquo maritū
 cōtumelijs repellis. **V**ipera mare
 pspēctat. explorat iter coniugis. tu
 iniurijs viā viro obstruis. **T**u li-
 tigū moues. venena non reicis.

Tu cōiugalis āplexus tēpore di-
 rum viruz estimas. nec erubescis
 nuptias. nec reuereris maritum.
 sed etiā tu vir. possumus em etiā
 sic accipere. **D**epone tumorem cor-
 dis. asperitatē morū. cum tibi se-
 dula vxor occurrit. **P**ropelle indi-
 gnatōem cum blanda cōiunx ad
 caritatē puocat. **N**on es dñs sed
 maritus. non ancillā sortitus es.
 sed vxorez. **G**ubernatore te deus
 voluit esse sexus inferioris. non p-
 potente. **R**edde studio vicē. redde
 amori grām. **V**ipera venenū suum
 fudit. tu nō potes duriciā mentis
 deponē. **H**ed hēs naturalē rigo-
 rē. debes tēperare eum cōtēplatione
 cōiugij. reuerētia cōiugis. **P**ōt et
 sic. **N**olite q̄rere viri thoz alienū
 nolite insidiari aliene copule. **Q**ue
 ē adulterū nature iniuria. **D**uos
 primū deus fecit adā et eua. hoc ē
 virū et vxorē. et vxorē de viro. hoc
 est de costa adā. et iussit ābos esse
 in vno corpore. et in vno spiritu.
Quid vnū corpus separas. vnuz
 diuidis spm. **N**ature adulteruz
 est. **H** hoc docet murene et vipere. nō
 iure generis. **H** ardore libidinis.
 expetitus āplexus. **D**iscite o viri.
 q̄ alienā pmolliē q̄ritis vxorē. cu-
 ius serpētis sibi assere cupiat. et tu-
 bermū. cui etiā xpandus ipse ser-
 pētis sit. **F**estinat ad vipera que se
 in gremio viri nō directo trami-
 te veritatis. **H** lubrico deuij amoris
 infundit. **F**estinat ad eam que

venenū suū refūnit. vt vipera.
q̄ fert pacto dūctōis munē ve-
nenū qd̄ euomerat rursus hauri-
re. **A**dultera em̄ vipera est. **V**n̄ q̄
salomō ait. q̄ is q̄ fuerit temulen-
tus. atq̄ per vinū libido feruere cō-
suenerit. tanq̄ colubro id̄? exten-
ditur. q̄ tanq̄ a cornu ita diffun-
ditur illi venenū. **E**t vt scias quia
de adulterā dixit. adiecit **O**culi tui
cū viderit alienā. os tuū loquit̄ p-
uersa. **N**e quisq̄ velut contraria po-
fuisse nos credat. vt q̄ ad bonū q̄
ad malū. vipere h̄? exēplo vtres-
mur. cū ad institutōem vtāq̄ p-
ficiat. si erubescam? aut fidē non
exhibere dilecto. cū exhibet ser-
pēs. aut relinquētes facta dūgij
lubrica q̄ nocitura salutaribz pfe-
ram? qd̄ facit qui cum serpēte mī-
scetur. **E**t qz de astucia cepimus
fimonē subtexere. qz vnusquisqz
frēm suū arāuenire q̄ decipere
nititur. q̄ in nouas se fraudes spo-
nere. vt quē vi obtinere non pōt.
circūscribat dolo. q̄ fūco qd̄am ar-
tis obducatur. fraudulentū illd̄ po-
lippi ingenū non p̄teribo. **Q**uū va-
tolo in litore petrā nact? affigit̄
ei. atqz e? nebuloso ingenio colo-
rē sibi varicat. q̄ fili spē terga ob-
ducit? plurimos pisciū sine vlla
suspitōe fraudis allapsos. dū no-
tā non p̄cauent. q̄ saxū opinātur
cassibz furtiue artis includit. q̄ si-
nu qd̄am sue carnis intercipit.
Sic spōtanea venit p̄da. q̄ talis

bus capitur argumentis qualia
sunt eorum qui ingenū suū ses-
pe cōmutant. q̄ diuersas artes no-
cendi mouent. vt singulorū men-
tes sensusqz p̄temptent. cum con-
tinentibus sint continētiam p̄di-
cantes. in coitu inteimperati tanq̄
deuū a studio castitatis q̄ demersi
intēperātie volutabris. vt qui eos
audiūt aut vident. incauta faci-
tate sibi credant. eoqz citi? labū-
tur. dū declinare nō norūt. nec ca-
uere qd̄ noccat. dum grauior sit q̄
magis noxia improbitas being-
mitatis obūbrata velamine. q̄ idō
cauēdi sunt q̄ crines sue fraudis
q̄ brachia lōge lateqz dispergūt
vel spēm induunt multiformē. **E**t
isti polippi sūt nex? plurimos h̄n-
tes q̄ callidōz ingenioz vestigia
q̄bus irretire possint q̄cqd̄ in sco-
pulos sue fraudis inādeit. **C**ācer
qz q̄s ab̄i grā prestigias struit?
Naqz q̄ ip̄e ostreo delectat. q̄ car-
nis eius epuluz sibi querit. **S**ed
qz vt appetēs ab̄i ita p̄spiciens
est periculi. quomā cum difficilis
est venatō. tunc periculosa. diffi-
cilis. quia testis validioribz. esca
includitur interior. **N**am velut
muris quibus daz. molliciem car-
nis. precepti imperialis interpre-
satura munit. quam medio tes-
taz qd̄am sinu cōcauo nutrit ac
fouet. ac q̄si in qd̄am valle diffun-
dit. q̄ ideo cassa om̄ia temptamēta
sūt cancri. qz aperire clusū ostreū

nulla vi pōt. **E**t piculosū est. si clē
 lam eius includat. ad argumēta
 confugit. et insidias noua fraude
 molitur. **I**taq; qz omnia genera
 delcātōe mulcētur. explorat si qñ
 ostreū remotis in locis ab omni
 xēto. cōtra solis radios dipticam
 illud suum aperiat. et referet clau
 stra testarū. vt libero aere visceis
 sui voluptatē quandam capiat. et
 tūc clanculo calculum immittēs
 impedit cōclusionem ostrei. ac sic
 apta claustra reperiens tuto inse
 rit chēlas. visceraq; interna depa
 scatur. **H**ic igitur homines vitiosi
 sūt. qui cācri vsuz in aliene vsum
 a cūscriptōis irrepūt. et infirmit
 tatē ppe virtutis astu qdā sufful
 ciunt. fratri dolum nectūt. et alte
 rius pascūtur erūna. **T**u aut pro
 prijs esto contentus et aliene te dā
 na non pascāt. **B**onus cibus est
 simplicitas. innocentie sue bona
 hōis. insidiam nescit alienis. nec
 auaricie facibus mardescit. cui lu
 crum omne. ad virtutē dispēdiū
 est. ad cupiditatē incendiū. **E**t iō
 beata est. si bona sua nouerit cum
 veritate paup̄tas. et oibus pferē
 da thesauris. qz melius ē exiguū
 cum dei timore. q̄ thesauri magni
 sine timore. **Q**uātū est em̄ qd̄ ho
 minem alat. **A**ut si q̄ris qd̄ etiāz
 alijs abūdat ad grām. id qz non
 multū est. **M**elior est em̄ hospita
 litas in oleribz cum grā. q̄ vitulo
 rum pinguiū preparatio cū discor =

dia. **V**tamur ergo ingenio ad q̄
 rendā grādā et salutē tuendā. nō
 ad alienā circūscribendā innocē
 tiam. **L**icet nob̄ vti exēplo mariti
 mi ad pfectū nrē salutis. non ad
 aliene piculū. **E**chin? aial exiguū
 vile ac despicabile maritāmū lo
 quoz. plerūq; index futuē tēpesta
 tis. aut trāquillitatis adnūcius
 solet eē nauigātibz. **D**emq; cū p
 cellā ventoz p̄senserit. calculū va
 lidū arripit. eūq; velut saburram
 vehit. et tanq̄ anchorā trahit. ne
 exautiat fluctibz. **I**taq; nō se suis
 liberat viribz s; alieno stabilituz
 regit pondere. **Q**uo iudicio. naute
 velut signū future pturbatōis ca
 pellant et sibi p̄cauent. ne hos im
 paratos. turbo improuisus inue
 niat. **Q**ui mathematicus. q̄ astro
 logus. q̄ vel chalde? fidez cursus
 p̄t celi motus et signa cōp̄bendere.
Quo ingenio ista colligit. q̄ docto
 re p̄cipit. **Q**uis em̄ fuerit tāti in
 terpres augurij. **D**epe hōies cō
 fusionē aeris vidēt. et sepe fallūt.
 qd̄ plerūq; ea si tēpestates discus
 tiat. **E**chin? non fallit. echinum
 sane nequaq; signa p̄tereūt. **V**n̄
 exiguo animali tāta scia vt futuā
 p̄nūciat q̄ magis in eo nihil est q̄
 tantā hrē possit prudētiam. **C**rede
 qz p̄ indulgētiam dñi rex omniū
 id qz p̄sciētie mun? accepit. **E**t
 em̄z deus si fenum sic veltit vt mī
 remur. si pascit volatilia. si parat
 coruis escam. pulli enim eoz ad

ad dñm clamāt. **S**i mulieribus de-
dit texture sapiam. si araneā que
tam subtiliter ac docte laxos casses
suspendit in foribus. sapie nō reliq̄t
immunē. si ipse v̄tute eq̄ dedit. et sol-
uit de ceruice ei? formidine. vt ex-
ultet in capis. et occurrēs regib?
arideat. odere? bellū emin? . ex-
tet? sono tube. si hec irrationabilia
pleraq; et alia insensibilia. vt fenū
vt lilia. repleuit sue dispositōne
sapiētie. quid dubitamus qd etiā
in echinū extulerit huius grām p̄-
scientie? **N**ihil enim inexploratur
nihil indissimulatū reliq̄t. omnia
videt qui pascit omnia. omnia re-
plet sapia qui omnia in sapiētia
fecit. vt scriptū est. **E**t ideo echinū
visitatōis sue exortē non p̄termis-
sit. **S**i eum cōsiderat et futurorū
informat indicijs. tua non cōside-
rat. **I**mmo vero cōsiderat. sicut tes-
tatur eius dīna sapiētia. dicens.
Si respiciat volatilia. si pascit il-
la. nōne vos pluis estis illis? **S**i
fenū agrī qd hodie est et cras in-
igne mittit deus sic vestit. quāto
magis vos modice fidei. **A**n vero
sine q̄dam tote nature manere pi-
scibus etiā illam putam? grām
qd vnūquodq; genus pisciū pre-
scripta sibi domicilia hēt. que sui
generis nullus excedat. non in-
currit alienus? **Q**uis geometra-
bijs diuisit habitacula. nullis nū-
penda t̄pibus? **D**ed geometram
audiuim? . tales geometras nūq̄

audiuim? . et tñ pisces mensurā sibi
am norūt. non muris urbū por-
tisq; p̄scriptaz. non edificijs do-
mōz. non agrorū finibus limitatā.
s; mēsuratā iuxta qd oporteat. vt
tantū sit satis v̄m̄cūq;. quantū
ad v̄sū abūdet. non quantū auis-
ditas q̄dam immoderata sibi ven-
dicet. **L**ex q̄dam nature est. tantū
q̄rere quantū efficiat ad victū et
alimentorū modū sorte cēseri pa-
trimonij. **H**oc genus pisciū in il-
lo sinu maris alitur et gignit. il-
lud in alio. **D**emq; nō reperies cō-
fusa genera pisciū. sed qd hic abū-
dat. alibi deest. et iterū ille sinus
maris cefalos alit. lupos ille. ille
saxatiles locustas. alijs nō est li-
bera vagādi ptās. nec tñ aut in-
terclusa mōtibus copia. aut flu-
uijs intra labētibus trāhitur impe-
tus. s; v̄sus nature est impressus
tāq; patre in finibus vnūquēq; se
retinere. et vltro incolis p̄dere sus-
pectū. **A**t nob longe alia sentē-
tia. mutat̄ exilio domos incolarū
fastidio teneri. aduenarū captare
grām. trāsserre terminos p̄petuo
q̄s posuerūt prēs nr̄. agrum ad
aggruungē. domū ad domū. deficiat
terra v̄bis. sternū? et maria. rur-
sus p̄ singulo libitu incedit terrā
maē infūdit. vt infulas faciāt. vt
possideant freta. spacia maris sibi
vendicāt iure mācipij. pisciū iura
sicut vernaculorū conditōne sibi
seruituti subiecta cōmemorant.

comemorāt. **I**te inqt finus maris meus. ille alterius. Diuidunt elementa sibi potētes. hīs ostree in fluctibus nutriūtur. hīs in viuaio piscis includit. luxuriā. nec mare efficit. nisi apotecas hēat ostreorum. **I**taq; etates earū numerāt. et pisciū receptacula instruūt. q̄si nec cōuiuū diuitis maē possit implere. **N**am vicini nomē quibus audiūt auribus quibus oculi insistentur possessiones eorū. quē ad modū excogitāt dies noctesq; ut aliq̄d primo auferāt. **N**unquid soli inhabitabis terrā ait p̄phā. **C**ognoscit hec dñs et vindictē re seruat. **Q**uāto aliena piscibus auditatis rapina. **I**lli naturalia captant secreta et ultra terminos orbis terrarū mare nouūt. q̄ nulle interpolāt insule. nec terra aliq̄ interiacet. vel vltimū vlla sit posita. **I**llic igitur vbi diffusū late maē omnem spectādi vsum vtilitatis grācia nauigādi intercludit auidaciā. continere se ferunt. ut cetera illa immēsa generā. eqlia montibus corpora. ut tradiderūt nobis quividerē potuerūt. illic quietum euum exigūt. discretū querūt ab insulis. et ab omni maritimarū urbium cōtagiis sepatas hnt suas regiones et habitacula distributa. manent in hīs inoffenso vicinorum limite. nec vago transitu mutātes q̄runt locorū. sed tanq̄ patrū soluz diligūt. et in hīs in-

morari dulce arbitrantur. **Q**ue iō elegerūt. ut solitariā vitam remota possint arbitrorū interpolatōne trāfigere. **S**unt tamē aliqua genera pisciū. que non ingenij facilitate loca mutēt. sed fouēdi partus necitate. **Q**uē oportuno atq; legitimo p̄curātes tēpore. ex plurimis locis ad diuersos finis maris. innumeri velut cōmuni consilio cōueniētes. cōiuncto agmine. ad lomis flatus petūt. et ad illud septentrionaliū mare p̄tium quadā nature lege contendunt. **D**icas si ascēdētes videas. reuma quoddā esse ita prouunt. fluctusq; intersecant. per p̄ontidē in euximū. violento impetu p̄fluētes. **Q**uis piscibus hec annūciat loca. p̄cepta. tēpora. **Q**uis tribuit dispositōez viandi. comedā. ordinez. metas. et tēpora reuertēdi. **H**oies sunt. impatorē habent. cuius expectat imperiū. p̄cedit thessera. p̄ponuntur edicta puincialibus. ut conueniant. tribunis militū littere dirigūtur. dies statuitur. et pleriq; ad dies statutos occurrere non queunt. **Q**uis impator piscibus p̄ceptū dedit. **Q**uis doctor. hanc tribuit disciplinā. qui metatores itinera disponunt. qui duces iter dirigūt. ut nullus desit occurfus. **S**ed agnosco quis ille sit impator qui ordinatōne diuina se sibus vniuersorū suoz infundat imperium. qui tacitus mutis animatibus

naturalis discipline ordinem tribuat. non solum magna penetret. sed etiam per minima queque se fundat. Diuine legi piscis obsequitur. et homines contradicunt. **P**iscis solemniter audit mandata celestia. **A**n contemptibilis tibi videtur quia mutus est romisque expers? Sed vide ne tu tibi magis incipias esse contemptui. si irrationabili. irrationabilior deprehendaris. **Q**uid autem rationabili? hec piscium transitu. cuius rationem quidem verbis non explicat. sed factis loquitur. **P**ergunt enim estatis tempore ad fretum ponti. eo quod reliquo maris sinu. hic finis dulcior sit. **N**on enim tam diu sol in fretis. quam diu ceteris immoratur. eaque fit causa ut non omnem aquam exhauriat quam dulcis atque potabilis sit. **Q**uis autem ignoret quod etiam ea que maritima sunt. aqua plerumque dulcibus delectentur. **D**emum dum flumina sequuntur et ad superiora ascendant. frequenter alieni pisces generis capiuntur in fluuijs. **C**um hec igitur causa ponti illis faciat gratiore. vel quod estus temperet solis illic flatus aequo. tunc oportuniore ceteris iudicant in quo generare et partus possint propositos enutrire. quod tamen fetus labore aliene regionis ferre vix possint. quod illic fouet aeris magis clementia. **I**taque pacto munere omnes simul eo quo venerant agmine reuertuntur. **Q**uoniam fit ista ratio considerem? **O**biectum est ponti finem boree. ceterorumque ventorum violentis

